



**Theologiae Moralis Sacramentalis Ad Instructionem
Ordinandorum & Curandorum Ex Materia De Sacramentis
In Genere Et Ordinis Eucharistiae, Poenitentiae, Ac
Matrimonii In Specie**

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. præceptum, ac
de Abortu

Sporer, Patritius

Salisburgi, 1711

Sectio V. De Peccatis contra naturam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55333](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55333)

SECTIO V.

De peccatis contrà naturam.

SUMMARIA.

624. Peccatum contra naturam quid & quinque?
 625. Quid & quale peccatum bestialitas?
 626. Quid Sodomia perfecta?
 627. Quid imperfecta?
 628. Quid & quinque molitiae?
 629. Molitiae seu pollutio qualificata I. ex parte molitiae cogitati.
 630. II. Ex parte personæ polluta.
 631. III. Ex parte cooperantis vel complicis (qui, qua peccata? quando & qualiter explicanda sunt confessione) Item
 632. IV. Ex parte instrumenti adhibiti animali. V. Vel inanimati 639. Cum semina mortua, illata, &c.
 640. Pollutio directè voluntaria semper est peccatum mortale.
 641. Nunquam licita.
 642. An liceat eam involuntariè ortam permittere?
 643. Aut semen jam corruptum directè expeller?
 645. Pollutio inderectè tantum voluntaria ex talia actione aliqua quando & quantum perseruit?
 646. Mortalis est, si causa ejus prævisa est mortalium genere luxuriae.
 647. Ut sunt v. g. impure cogitationes, imaginatio, desideria, tactus, amplexus, &c.
 648. Si verò causa ejus est solum venialis, etiam palliata, sed non intenta, secluso periculo conseruata tantum venialis est.
 649. Quale peccatum, si prævideatur secutura ex timore, nimio cibo, potu &c.
 650. V. ex alia attione de se boqueta, & luita?

651. Quid de pollutione involuntaria in somnis facta?

Ulque ad n. 658.

658. Quid de distillatione & commotione libidinosa?

660. Et nos libidinosa?

Pecatum carnale contrà naturam dicitur **624**
omnis actus libidinosus pervertens ordinem actus carnalis à natura institutum & aptum ad generationem; seu est omne peccatum carnale, ex quo non potest sequi generatio. Ordo autem naturalis actus venerei apti ad generationem necessariò quatuor requirit, nimirum, ut fiat cum conjugione duorum eiusdem speciei; diversi sexus; in vase debito; & servato debito modo. Ex horum singulorum defectu sunt species peccati contrà naturam. 1. Bestialitas, quâ non servatur debita species. 2. Sodomia perfecta, quâ non servatur debitus sexus. 3. Sodomia imperfecta, quâ servatur quidem debitus sexus diversus, sed non vas debitum. 4. Mollities, quâ non servatur conjunctio duorum, sed in se ipso, vel alio, absque copula provocatur pollutio. Quamvis autem hæc 4. species forte physicè non differant, quia omnes prodigunt semen sine spe generationis, certum tamen est differre moraliter in recta hominum aestimatione ob dictas turpitudines, adeoque ut distincta peccata esse aperienda in confessione, nec sufficere dicere generatim: *peccavi contra naturam*; quia inter propositiones damnatas sub Alexandre VII. est & hæc: *Mollities non differt specie à bestialitate*. Quintam aliqui addunt spe-

PARS IV. SACRAM.

R

ciem

626 Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.
ciem concubitum innaturalem, quā non ad-
vatur debitus modus copulæ: sed id vel venia
tantum est, vel si mortale, necessariò reduc-
ad alia peccata contrā naturam aut mollitiem;
Sodomiam saltem inchoatam: de quo satis di-
cap. 2. de debito modo copula inter conjugem
Tres priores species nefandas strictim percu-
ram: in quarta, heu in omni statu nimis frequen-
ti! necessariò plusculis inhærendum erit.

Bestialitas.

627 **E**ST concubitus hominis cum bruto, i.e.
passivè, sive active. Horrendum scelus
de quo Levit. 20. Qui cum jumento, vel po-
core coieret, morte moriatur, pecus quoque
occidatur; mulier qua succubuerit equi
jumento, simul interficiatur cum eo. Pecu-
etiam civilis vivi comburijs satis ostendit atroc-
itatem sceleris; in hoc tamen scelere confitendo
non est necessarium explicare speciem animalis
complicis, an fuerit equus, asinus, vacca, &c.
semper enim est eadem in specie mortalis de-
mitas. Universalius tamen à D. Thomae & aliis
definitur bestialitas peccatum contrā naturam
qua homo concubat cum re animata di-
versæ speciei; ut nimirum etiam comprehendan-
tur infandi coitus sagarum & magorum cum de-
monibus incubis vel succubis, præter peccatum
contrā naturam, etiam speciale peccatum con-
tra Religionem, scil. societatis & commercii nefas
cum dæmone, DEI nostrumque omnium ne-

quissimo inimico, continentes, ideoque sine dubio id necessariò explicandum in confessione: ut ex communi notat Filiuc. tract. 10. c. 8, n. 162. Insuper etiam exprimi in confessione debet, an dæmon fuerit sub forma fœminæ vel viri, an sub forma talis consanguineæ, conjugatæ, monialis, &c. Quia tunc præter bestialitatem diabolam additur affectus ad tales personam, distinctam specie malitiam adferens, ut potè incestus, adulterii, &c. ubi ibidem notat Filiuc. Cætera quæ huc facile possunt reduci, indicabo infra de mollitię.

Sodomia perfecta.

EST concubitus damnatissimus ad sexum⁶²⁶ indebitum scilicet maris cum mare, aut fœminæ cum fœmina, adeoque eo concubitu nec debitus sexus, nec debitum vas servatur: in hoc horrendo scelere committendo non satis est dicere simpliciter: *Commisi sodomitiam, vel sodomitice peccavi*; sed necesse est exprimere etiam, an fuerit agens, vel patiens: quia agens committit pollutionem, quam patiens qua talis non committit. *Bonacina*, alii communiter cum Lugo disp. 16. 1. 7. Sect. 5. n. 257. contrà Diana. *supra*, alios apud ipsum. Non tamen necessariò exprimendum videtur, an pollutio facta fuerit intra illud vas præposterum, an extra ex ipso, ut bene notat Tambur. §. 3. n. 3. Ratio est; quia ratio & formalis malitia constituens sodomitiam, sumitur ex motivo concubandi ad

628 *Theol. Sacram. Pars IV. Cap. III.*
indebitum sexum, & non ex immissione seminis
in vas præposterum, alioquin foemina cum fo-
mina non committeret propriam Sodomitiam
cū nullum immittant semen in vas præposto-
rum, sed solum concumbunt, & commis-
tur cum pollutione ex affectu solum se pollue-
di, & explendæ libidinis gratia, tunc tantum
set mollities, &c. Vide citatos,

Sodomia imperfecta.

627 **E**ST peccatum contra naturam, quo fer-
tamen sexu quidem viri & foeminae, non fer-
tamen vas debitum: cū scilicet vir cum fo-
mina commiscetur extra vas naturale in vase in-
turali præpostero. Differt specie a Sodomia per-
fecta: hæc enim procedit ex affectu ad indebitum
sexum, adeoque nec sexum, nec vas na-
turale servat: imperfecta autem est quidem ad de-
bitum sexum, attamen ad indebitum & innatu-
rale vas: ideoq; speciatim in confessione expli-
candum. Etsi fiat inter conjugatos, et in super-
peccatum speciale formalis adulterii, ut hu-
loco dictum.

Quid autem dicendum, sit vir se polluatur
alias partes foeminae? &c. commodius dicere
inferius de mollitie. Hoc solum obiter dicere
quando vir & foemina, ita commiscentes
polluunt extra vas: siquidem fiat ex affectu
personam ipsam (uti ordinariè fit) spectat
copulam fornicariam, adulterinam, incestu-
ram &c. prout fuerit persona; si autem fiat ex
affectu

affectu ad præposteras partes, erit Sodomia imperfecta, de qua agimus: si denique fiat sine concubitu, vel conjunctione aliqua, sed merè ad explendam libidinem, est mollities, adeoque singula per se loquendo explicanda erunt in confessione: at certè non examinanda à confes-
fario, ut generatim intrà in fine monebo. Cæ-
terum id etiam hic obiter notandum, quòd pœ-
næ, excommunicationes, & aliæ latæ contra
Sodomitas; itemque reservatio hujus peccati,
ut potè odiosæ & strictè interpretandæ, solum
comprehendant Sodomiam perfectam masculi
cum masculo, non hanc imperfectam viri cum
fœmina, uti communiter observant DD. Bonac-
cina, alii apud Tamiburin. citat. c. 7. §. 3. & 6.

Mollities.

EST plurio voluntaria sine conjunctione⁶²⁸
corporum; seu ut definit S. Thom. *Est*
peccatum contrà naturam, quo voluntaria
pollutio in se, vel in alio queritur, & pre-
curatur extrà concubitum solius volupta-
tis gratiâ, seu causâ captande, & explenda
delectationis venereæ; quod additur, quia
si pollutio procuretur non voluptatis gratiâ,
sed ob aliam causam, vel finem, v. g. sanitatis,
mollities propriè non erit, erit tamen adhuc
peccatum contrà naturam, ut patebit. Mol-
litiem ut sic esse peccatum mortale certissimum
est, tum ex fide, & lege Divina positiva i.
ad Corinth. 6. *nolite errare, neque mol-*

Rr 3

les

630 Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.
les Regnum DEI possidebunt. Ad Galat. 5. Ma-
nifesta sunt opera carnis, qua sunt fornic-
tio, immunditia &c. qui talia aperi-
num DEI non consequentur. Item ad Ephel. 5.
Tum ex lege naturali ordinante effusionem
luntariam semenis solummodo & præcisè han-
vase naturali debito, & apto ad generationem.
Ratio hujus certissimæ veritatis potissimum ali-
atur: quia si ejusmodi pollutio est licita, & de-
bet non graviter prohibita, impedire ut
conjugii tam necessarius in mundo, quando-
dem homines ea sola voluptate contenti forni-
cari nec conjugiis plerumque tam molestis vaca-
vellent. Accedit: si fornicatio est iuris naturae
tota, & intrinsecè mala, multò magis est pollu-
tio, quâ prorsùs prodigitur semen, & impedi-
tur generatione contrâ unicum à natura inten-
sionem, jure naturæ illicita, & intrinsecè mala
erit, & ita quidem, ut eam directe querere
procurare nulla ratione vel causa licet possit
ut videbimus §. 2.

Mollities seu pollutio varie dividitur poti-
nam ex parte actus dividitur in *perfectam*, &
integram & *ordinaria* fit effusio semenis apta
generationem; & *imperfectam*, quæ distin-
dicitur, de qua aliquid in fine: Et inchoatur
quæ est ipsa alteratio partis verendæ per mo-
tum humoris spermatici, & spiritum generati-
seryientium, in qua coniunctit ipsa delectatio ve-
re, de qua *secundum sequentem*. Dein ex parte vol-
tarii pollutio dividitur in *voluntariam directam*

& in se intentam, vel procuratam: & voluntariam indirecte in sua causa tantum posita, vel non ablatâ; & omnino involuntariam, quæ scilicet prater omnem voluntatem sequitur ex aliis causis intrinsecis, vel extrinsecis, præsertim in somnis. De quibus omnibus distinctis §§. Tandem principaliter pollutio dividitur in *simplicem*, & *qualificatam*. *Simplex* dicitur, quæ nullam habet aliam adjunctam malitiam ex parte personæ, objecti &c. ut si solitus laicus se ipsum polluat sistens in sola propriâ delectatione morosa, vel libidinosa. *Qualificata* dicitur pollutio, quæ habet adjunctam aliam malitiam, vel ex parte objecti cogitati, vel ex parte personæ pollutæ, vel cooperantis ad illam, vel instrumenti adhibiti. Percurramus breviter singula.

§. I.

Mollities qualificata.

1. Ex parte objecti cogitati

Qui se ipsum polluens imaginatur sibi aliam personam carnaliter dilectam, aut efficaciter desiderando eam hic & nunc præsentem habere, aut morosè solum delectando se in imaginatione alterius personæ quasi præsentis, & complicis, omnium consensu tenetur in confessione explicare circumstantiam illius personæ cogitatæ & concupitæ, an soluta, ligata, consanguinea, sacra, masculus &c. Talis

629

enim consentit verè in fornicationem, adulterium, incestum, sacrilegium, vel Sodomiam, alioque contrahit eandem malitiam, quam cogitat, Quod si se polluens cogitet de scena abstractè, in genere, in confuso, aut quidem ligata v. g. sed solum apprehensa, ut scena formosa, abstrahendo à qualitate persona, habet solum speciem simplicis fornicationis, dem ratione, quā alibi dictum est de circumstantiis actuum internorum confitendis. quid si quis se polluat oblectando in aspectu imaginis, vel statuæ formolæ scœminæ? (defert Tamburin. cit. c. 7. §. 2. num. 10. aliquis se solitum polluere cogitatione fixa in pulchram statuam publicam nympham aliquam representantem) eritne satis dicere in confessiones me pollui cogitando de scœmina? Vnde est Theologis quod sic, quia totus affectus videtur esse ad personam scœminæ representatam, et demque ratione dicendum, si quis polluendo delectetur in aspectu imaginis, vel statuæ masculi, vel pecudis: aut (quod horrendum auctor) Sanclæ alicujus cum affectu libidinoso ipsum obiectum representatum; tunc enim videtur contrahit, & in confessione simpliciter explicare debet malitiam Sodomizæ, bestialitatis, horrendi sacrilegii in pollutione cogitatiæ, cendo: v. g. pollui me cogitando de masculo pecude, sancta aliqua. Intellige, nisi alius constet affectum polluentis fuisse, & steriles ipsas imagines, vel statuas tales propter earum

formositatem, & nullo modo ad res repræsen-
tatas, tunc enim illud ipsum explicandum erit
pro minuenda potius malitia,

II. Ex parte personæ polluta.

Nimis certum est Clericum, Religiosum, vel
voto castitatis adstrictum, itemque uxora-⁶²⁹
tum scipsum polluentem, debere explicare in
confessione circumstantiam statu's sui; verè e-
nim committit sacrilegium contrà votum; ad-
ulterium maritus contrà jus conjugis. Itemque
si quis suis manibus Sacerdotem, Religiosum,
vel uxoratum polluat, utique debet id explicare,
quia cooperatur ad sacrilegium, vel adulterium
alterius. Insuper etiam, si Sacerdos, Religio-
sus, vel quis voto castitatis obstrictus polluat al-
lium nullo voto adstrictum, adhuc ille debet ex-
plicare votum suum, juxta communissimam
DD. sententiam apud Lug. & Tambur. citt. Ra-
tio est: tum, quia eadem castitatis virtus, quæ
obligat me directè ad castitatem in mea perso-
na servandam, obligat me etiam indirectè, ne
ex industria procurem, proximum à virtute ca-
stitatis dejicere. Tum specialiter, quia vovens
integræ castitatis virtutem in tota sua latitudine
(qualiter certè communi voventium more &
sensu censetur voveri castitas) sine dubio vult
& debet promittere, ut non solum in suo cor-
pore non admittat aliquid, sed neque eodem
corpore suo positivè cooperetur alteri ad com-
mittendum aliquid in castum: ergo verè adhuc

Rr 5

pec-

634 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*
peccat contrà votum suum, ideoque in cunctione fateri tenebitur. Alia est ratio de eo, quod vovit aliquem particularem actum v.g. audi Sacrum, vel jejunium tali die: is enim si alio eo die inducat ad omittendum Sacrum, vel jejunium violandum, utique non peccabit contra votum suum, sed tantum peccatò scandali, quod votum fuit de unico actu proprio, & non de eo ad alium etiam pertinente.

630 *Dixi tamen: ut neque eodem corpore suop*
tivè cooperetur alteri ad violandam castitatem,
nam quoad alias inductiones in suo valore ob-
linquo sententiam Sanchez lib. 5. moral. n. 10.
apud Tambur. cit. c. 7. §. 1. n. 12. Eum, qui ha-
bet votum castitatis, & est causa inducens alio
ad turpiter peccandum, non debere explicare
suum votum, eo quod votum illud non video-
tur se extendere, nisi ad obligandum voventem,
ne ipse in sua persona & suo corpore turpitudi-
nes veneras admittat, non vero, ne alios ad eas-
dem inducat; propriam enim suamque casti-
tem promisit, non alienam. Sic Sanchez. Tra-
seat, inquam, haec sententia quoad alias induc-
tiones, de quo doctiores me dispergunt: at in
nostro casu proprio suo corpore, manibus, &c.
alios polluens adhuc satis moraliter turpitudi-
nam admittit sub illo voto comprehendendam,
ut dictum, & mox iterum dicendum est.

III. *Ex parte cooperantis, vel complicis.*

631 **Q**uis se polluit, vel pollui permittit tactibus
alterius personæ, foemineæ, viri, Sacra-
dous,

dotis, &c. omnino in confessione id tenetur explicare ex multipli capite: tam ratione proprii peccati per se (necum per accidens ex affectu adjuncto) quam ratione peccati alieni, seu cooperantis & societatis cum peccato aliorum. Ita *communis* DD. contrà aliquas aliorum sententias infrà notandas. Dico igitur.

I. Tenetur explicare *ratione proprii peccati per se*; nam omnino constituunt differentias & ⁶³² malitias specie diversas pollui tactibus alterius personæ; item pollui tactibus alieni viri, & tactibus fœminæ etiam per se ratione proprii peccati pollutionis, seclusa etiam actuali concupiscentiâ corporis alieni indebiti, & præcisè ratione peccati alieni: (ut contrà *Cajetan.* nullam hic differentiam formalem speciem mutantem agnoscentem) ex communî satis bene probat *Dicastillus* apud *Dianam* part. 7. tract. 12. resol. 1 f. Ratio est; quia tactus adeò libidinosus habiti cum alia persona sunt quasi inchoata copula, & prævii actus ex se ordinati ad copulam, etiamsi ex intentione operantis ad illum actum non ordinarentur: ergo pollutio facta tactibus alterius personæ, fœminæ v. g. jam habet deordinationem ac malitiam diversam, scilicet copulæ quasi inchoatae cum aliena, quam non habet pollutio per se ipsum facta propriis tactibus, vel imaginatione: similiter pollutio facta tactibus alieni viri, seu masculi, habet diversâ deordinationem ac malitiam sexus indebiti ad copulam, quam deordinationem non habet pollutio facta

facta tactibus alienis fœminæ ; nam deordinis
indebiti sexūs , sicut diversificat specie Sod-
omiæ perfectam viri cum viro à Sodomiæ
perfecta viri cum fœmina , ita sanc diversificat
specie malitiæ in tactibus libidinosis alienis
& fœminæ , quibus quis polluitur : ergo per
& ratione proprii peccati explicare debet , siq-
ue polluat tactibus alterius personæ , viri , fœ-
minæ , & insuper qualis viri vel fœmina : ut
minimè sufficiat dicere simpliciter : *totius
pollui , vel pollutus sum.*

633 *II. Nendum per accidens ex affectu adjuncto*,
quando nimisrum quis se polluit tactibus al-
terius personæ , viri , fœminæ , cum vel ex affectu
affectu libidinoso ad alias personas , sive in affectu
etius simplicis delectationis morosæ in concubitu
cum tali persona cogitata , sive sit affectus
efficax desiderii ad concubitum talis personæ
apud omnes certissimum est , debere in confes-
sione explicare , non tantum ipsam personam
tangentem fœminam seu virum ob rationem
modo suprà datam , sed etiam circumstantias
num fœmina soluta , ligata , consanguinea , fasci-
&c. num masculus , ligatus , religiosus , &c.
Ratio manifesta est ; si enim polluens se sola in-
ginatione alienæ personæ carnaliter dilecta
debet illam ejusque circumstantiam explicare ,
quanto magis polluens se ipso tactu alterius
personæ ita carnaliter dilectæ , vel concupiscentia
explicare tenebitur : utrobique enim est quidem
pollutio in re , at in affectu est alia species luxu-
riæ

riæ mentalis, scilicet fornicatio, adulterium, incestus, sacrilegium, sodomia, &c. nam pollutio subordinata delectationi morosæ, vel desiderio adulterii, vel incestus, recipit speciem adulterii, vel incestus, & sic de cæteris.

III. *Quam ratione peccati alieni*, qui nimi- 634
rūm se polluit, vel permittit pollui tactibus alienæ personæ, id ipsum rursus explicare tenebitur ratione peccati alieni, quia præter proprium peccatum etiam cooperatur cum peccato alterius personæ impudicos & polluentes tactus admittentis vel redditis: duplex ideo peccatum semper ad minimum numero distinctum; insuper si tibi constat (quando vero id non constabit) alteram personam forminam vel malum, vicissim in te motam libidinoso affectu delectationis morosæ, vel desiderii ad tuum concubitum, jam cooperatus es ad novam speciem peccati illius, v. g. concupitæ fornicationis, adulterii, sacrilegii, sodomiae, &c. consequenter est nova ratio explicandi illam personam, ejusq; circumstantiam. unde universaliter quando te polluis, vel pollui sinis tactibus personæ voto castitatis adstrictæ, Sacerdotis, Clerici, Religiosi, eam voti circumstantiam semper in confessione explicare teneberis, quia semper cooperaris cum peccato alterius, cuius tactu pollueris, eoque ipso contra votum suum delinquentis ob rationem paulò ante assignatam. Ita communissima & certa DD. sententia, contra Hieron. Lammes docentem: eum qui pollutus fuit alterius tactu,

foliarum

solum teneri explicare qualitatem suæ perfettae
non verò qualitatem seu votum complicitis, q[uod]o
illum tangit. quæ sententia jussu Inquisitionis
Hispanicæ meritò expuncta est. Et res mani-
stissima est, quando Sacerdos v. g. cuius tam
pollueris, ipse in se admittit delectationem ven-
ream, aut certo periculo illam admittendi se o-
ponit: & bone DEUS! quando non erit fa-
tunc enim is clare in se ipso peccat contra votum
suum, adeoque ad id peccatum tu cooperari
teneberis id explicare: verum etiam in casu rati-
simo, & fortè metaphysico, quando Sacerdos
ille te tangens in se nullam admitteret delecta-
tionem venereum, vel ejus periculum ob stupe-
fitatem naturæ uti distinguit (aramus apud
Tamburin. *vit. §. 10. num. 18.*) adhuc enim si
peccat contra votum suum castitatis, cum enim
ipse absolutè castitatem voverit, & castitatis vir-
tus non solum præcipiat, ut quis in propria per-
sona non admittat incastos motus, sed etiam
ne eos suo corpore in aliis procuret, clare is Sa-
cerdos frangit votum suum, & consequenter in
pollutus laicus non quidem intinsecè propriam
suam mollitiem, sed extrinsecè propter sacra-
gum alterius te pollutis, & ipse erit facili-
gus, & talem in confessione te manifestare de-
bebis.

635 Insuper singulariter, qui se polluit taetibus
cum pueri doli incapable, aut cum foemina, ve-
masculo dormiente, vel plenè ebrio, au- cum
juxta

bruto citra copulam seu concubitum, adhuc obligatur in confessione talis pollutionis se explicare, non quidem jam peccati alieni ratione, vel cooperationis ad peccatum alterius, ut manifestum est, sed adhuc ratione proprii peccati pollutionis per se, quia nimis pollutiones per tactus pueri, foeminae, bestiae, &c. revera differunt specie, quatenus tactus illi libidinosi ex natura sua ordinantur ad diversas specie & malitiam copulas, cum diversissima deordinatione ad indebitum corpus, sexum, speciem, ut supra ostensum, N. 1. Ita contra Cajetan. Idem *Dispositio* apud *Dian.* sit. omnino pro praxi approbantem, & monentem, non esse in praxi ab hac sententia recedendum tanquam probabiliori & tutiori. Certissima autem erit sententia, si etiam accedat affectus libidinosus ad tales complimenti.

IV. Ex parte instrumenti adhibiti, animati, inanimati.

I. **Q**ui se polluit instrumento alieno anima- 636
to, seu partibus corporis alterius personae, utpote praeter manus, ordinarium tactus instrumentum, v. g. inter brachia, axillas, coxendices, ubera, &c. foeminae vel viri, &c. tenetur quidem explicare personam illam & sexum juxta dicta *u. praece*d. Et cum id regulariter fiat ex affectu libidinoso ad ipsam personam e jusque concubitum, etiam ejus personae circumstantiam; non enim est mera pollutio, sed copula incho-

640 Theol. Sacram. Pars IV. Cap. III.
inchoata talis speciei, saltem in affectu. At vero
opus non est explicare ipsas particulares
partes corporis, quia materialiter solummodo
differunt, & illa major delectatio quæ sit in una
parte non transcendent speciem malitiae, qua
in alia, nisi adesset affectus aliquis particulans
partes præposteras, & sodomiam, quod unque
explicandum foret. Communis DD. ap-
p. cit.

736 II. Idem dicendum putat Filliuc. *tratt. p. 8. n. 155.* apud Tamburin. *cit. c. 7. §. 1. 6.*
si fiat in ore, esse nimis solum mollietatem,
deoque partem illam non esse necessario expli-
candam. Sed ego cum aliis citandis horreos
dere; nam licet id non sit sine dubio sodomia
revera tamen non potest videri esse mera molli-
ties; quia id videtur esse adeo enormiter contra
rectam rationem, & naturam rationalem, adeo
que excedens omnes alias deordinationes in
materia luxuriæ, ut merito constitutam novam
speciem innominatam luxuriæ: & certe jam
baptizârunt aliqui apud Dian. *part. 6. tratt. en.*
resol. 7. vocantes: *Irrumationem.* Vide dictu
suprac. 2. §. 3. à n. 304. cum de modo deli-
to copulæ. Denique qui incipit copulam ipsam
fornicariam v. g. vel alterius speciei, & post
abrumptus semen dispergit, quid sentiendum
jam habes §. 1. de fornicatione n. 304.

638 III. Cum quis, vel quæ le polluit instru-
to inanimato quocunque, non facit murato-

nem speciei per se loquendo, nec in confessio-
ne id explicare tenetur, nisi aliundē ex objecto
eogitato alia malitia accedat, juxta dicta supe-
riora: & universaliter, sive quis se polluat sola
interna imaginatione, vel aspectu rei turpis, sive
externo tactu & adminiculō proprio, vel alieno
inaminato instrumento, nulla efficitur diversi-
tas specifica; quia hæc omnia materialiter, &
per accidens se habent ad voluntariam pollutio-
nem extra concubitum. Hoc tamen obiter no-
tandum, cùm quis se polluit solo actu interno
imaginationis turpis, vel etiam aspectu rei tur-
pis, absque ullo externo sensibili conatu adhibi-
to, non incurrere casum reservatum in Religio-
nibus, contra Suarez, & communiorē valde
probabiliter docent boni AA. apud Dian. part.

4. tract. 4. *Miscellan. Resol.* 61. approbantem; reservantur enim pollutiones voluntariè procuratæ; quod externam actionem pollutionis causativam importare videtur.

IV. Copula tentata cum fœmina mortua, vel 639
statua fœminæ, uti quidam stultus libidinosus fe-
cit, apud *Tambur. cir.* mera mollities est, quip-
pè non fornicatio; quia fœmina mortua non est
fœmina, sed cadaver: multò minus statua fœ-
mina est: neque bestialitas (ut quidam volunt)
cum neque bestia sit fœmina mortua, vel statua,
ut optimè probat *Dian. part. 9. tract. 4.* Nihil-
ominus id explicandū erit in confessione saltem
generatim dicendo: pollui me cum instrumen-
to inanimato cum affectu ad fœminam, non au-

PART IV. SACRAM.

50

Rem

tem rectè diceret: pollui me cum foemina; non enim significaret, se polluisse cum verâ foemina adeoque mentiretur in re gravi ad judicium Sacramentale pertinente, ut benè notat Tam

§. 2. n. 10.

Petes denique, quid si pueri, vel pueræ, quoniam non possunt seminare, se ipsos turpiter contrectent, aut ab aliis contrectari permittantur in verendis, quale peccatum erit? Respondeatur utique esse peccatum mortale ad mollitatem reducendum; est enim ex se pravus affectus ad pollutionem: attamen videtur specie differere vera pollutione, per quam seminatur, in specie propriè reducendum ad impudicitiam tachis, unde in confessione explicandum.

§. V.

Pollutio voluntaria, an semper peccatum mortale, nunquamne licita?

Resolutio.

640 **O**mnis pollutio, seu effusio seminis directe voluntaria, & efficaciter per se intenta, & quibusvis modis, vel mediis provocata, vel procurata, non tantum solius voluptatis libidinosa gratiâ, secundum omnes: Sed etiam cuiusvis morbi, vel mortis periculi evadendi causâ, semper est peccatum mortale. *Communissima DD. contrâ paucos aliquos. Et latè Sanchez lib. 9. ad matrim. disp. 17. conclus. 5. Lessius lib. 4. 1. 16. de Justit. dub. 14. Laym. lib. 3. Sect. 4. nro 15. alii passim, meique omnes.* Ratio est: quia talis voluntaria seminis effusio extrâ vas debitum

genit

generationi destinatum, repugnat ipsi naturae intrinsecæ seminis, à DEO & natura præcisè instituti ad propagationem speciei humanæ per generationem: atqui sicut non possunt unquam mutari naturæ rerum, ita nulla ratione, nullâ circumstantiâ, sine, vel necessitate ea cohonestari, vel licita fieri potest. Accedit ratio urgentior à posteriori, & gravissimo damno subsecutivo; quia si homini inditus esset instinctus, vel dictamen in ullo casu extra naturalem concubitum semen profundendi; seu, si in ullo unquam casu liceret procurare pollutionem, cùm in ea re maxima voluptas sentiatur, facile homines proni es- sent eâ facultate, vel licentiâ abuti, eámque extendere ad plures casus, & sic homines magna parte contenti eâ voluptate non curarent de matrimonio & generatione (ad quam tamen promovendam tanta à natura indita est delectatio) cum maximo speciei humanæ detimento: quare in hoc, & pluribus aliis non attendendū est damnum actuale, quod infert pollutio semel facta ob gravissimam causam v. g. pro conservanda vita Principis, Pontificis, &c. sed damnum habituale consecutivum, quod sequeretur, si semel esset licita: nec valet paritas ab abscissione membra: dispar enim maxima est ratio; nam

II. Licitum omnino est pro conservanda vi- 644
ta, & toto supposito homini membrum aliquod, manum, vel pedem absindere; cùm enim membra principaliter sint propter totum suppositum, & ideo sim nullum jus, vel utilitatem ha-

beant, sed solum ad usum & conservationem suppositi pertineant, non est à natura alienum aut ratione, unum eorum abjecere totius suppositi servandi causā: at verò semen naturā ordinatum est principaliter nequaquam ad ultimā vel conservationem hujus suppositi in individuo, sed ad generationem, propagationem, & conservationem totius speciei; unde natura minimè patitur illud individui servandi causa abjecere, sicque negligere speciem ratione dividui. Deinde ex illa abscissione membrum quando licita, non sequuntur ulla inconveniētia; cum enim à membris abscissionē tanquam a permolestā appetitus naturalis vehementer horreat, non facilē homines eo medio abutentur, & ultrā casum extremæ necessitatis extēdent. Et hanc rationem etiam dare solent illi, qui docent ad servandam vitam matris licet procurare abortum fœtūs nondum animati, non item procurare seminis effusionem; quia in priori individuum minus, nimirū fœtus nondum animatus postponitur individuo majori animatæ matris, nec hinc sequitur illud inconveniens; at in posteriori species postponetur individuo, & ex illo semel licito sequerentur gravissimum illud inconveniens, & detrimentum speciei humanæ. Sed de hoc sententiam contrariam dabimus, & paritatem urgebimus *infra c. 4. sect. I.*

642 III. Dixi autem I. *Pollutio directe voluntaria*, nam de indirecte tantum voluntaria mortis. *seq.*

§. seq. 2. *efficaciter intenta*: ita scilicet, ut quis aliquo modo activè cooperetur, & influat in provocationem & effusionem seminis, quocunque modo, medio, vel medicamento. Licitum autem est, pollutionem involuntariè ortam ex quocunque causa, etiam culpabili, solum permittere, nullo impediendi conatu adhibito, seclusaque omni consensu; quia (ut supponitur) ipsa pollutio incepit involuntariè, continuatio autem effusionis est solum effectus naturalis causæ præcedentis, quem impedire amplius vix potes, consequenter nec teneris; vel enim ille conatus reprimendi nihil operabitur, vel retento, contra naturæ impetum, semine, supra modum gravabitur corpus, & periculo morborum subjicietur. Ita communis DD. *Gerson*, *Sa*, aliisque congregatis *Sanch.* lib. 9. disp. 17. n. 16. *Dian.* part. 3. tract. 5. resol. 21. *Tambur.* c. 7. §. 2. n. 19. Insuper affectu simplici & inefficaci tantum licere ob bonum finem v. g. sanitatis acquirendæ, vel tentationis tandem sedandæ optare, ut pollutio in somnis, vel alias inculpatè eveniat; ex *Sanch.* *Layman*, aliis alibi explicatum habes. 3. *Efficaciter per se intenta*: nimirum mediis adhibitis ad ipsam pollutionem provocandam per se tendentibus & efficacibus; adeoque apud omnes in confessu est in morbo præsertim gravi, periculo, acuto &c. & maximè circa illas partes licere adhibere medicamenta per se directè tendentia & efficacia non ad ipsam pollutionem, vel seminis expulsionem procurandam, sed solum

646 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*
ad illos morbos, noxios humores, alias materiae peccantes, & morbi causam expellendum etsi per accidens, & praeter intentionem eius pollutio, seu semenis ejus concomitante, consequenter indirecte causanda sit: eadem ratione, quâ infra etiam de abortu indirecte praetendo dicetur; quia nimis tunc pollutio in minimè voluntaria, ut supponitur, non auctor procuratur, sed ob justam causam solum permittitur.

643 IV. Utrum semen jam corruptum ac greater noxiū liceat directe expellere, etsi concomitante sequatur etiam veri semenis emissio. Respondetur cum necessaria distinctione. Licet sic expellere medicamentis, non vero tactibus, vel confractione verendorum. *post alios Tambur. cit. c. 7. §. 2. n. 8.* Ratio utriusque est; quia medicamenta illa intus accepta per se solum tendunt ad expulsionem semenis corrupti, quod jam in luem & venenum degeneravit: aliqualis autem veri semenis emissio, vel emissio per accidens & praeter intentionem sequitur: ergo sicut natura medicamentis subvenire, ut pravos alios corpori nocentes humores, vel qualitates expellas, licet per accidens sequatur pollutio; ita licet illud semen corruptum, quod jam non est primum semen, sed prava, & venenosa materia, expellat, naturam medicamentis adjuvare: verò tactus & confractione verendorum extenuat quæ sunt membra, seu instrumenta ad ven-

semen provocandum à natura instituta) per se tendunt ad verum semen provocandum, quod extra matrimonium nunquam licet: & per accidens solum juvaret educere semen corruptum: ergo hoc non licet saltem in homine rationis compôte: quod addo, ut excludam casum rarissimum, quo semen corruptum actu causaret symptomata à mente alienantia hominem, vel mulierem. De quo videtur loqui Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 17. n. 19. oppositum concedens. Vide Tambur. cit. n. 8.

Aliud hic occurrit dubium, utrum in casu necessitatis liceat adhibere medicinam ad semen verum corrumpendum, ut posteà possit ejici? Do verba Diana part. 6. tract. 6. resol. 37. Sanchez lib. 9. matrim. disp. 17. n. 15. lib. 16. Edit. vet. dicit: neminem negaturum, fas esse accipere syrupum resolventem semen in sanguinem, aliūmve humorem aliis viis expurgandum, ne aeger omni medio ad salutem corpori procurandam destituatur: Et hanc opinionem non esse improbabilem tenet *Præpositus*. Sed ego puto id non licere: quia etiam id repugnat institutioni semenis. *Hac Diana.*

§. IV.

Pollutio indirectè voluntaria qualiter licita, vel illicita?

Pollutio indirectè & in sua causa tantum⁶⁴⁴ voluntaria dicitur, cùm quis directè quidem minimè vult, & intendit pollutionem, tamen aliquam actionem exerceat, unde prævidet

648 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*
orituram, vel advertit jam oriri pollutionem, sique volendo causam pollutionis, indirecte, & consequenter censetur etiam velle, vel latenter permittere ipsam pollutionem. Causa autem pollutionis, seu actiones illæ causantes pollutionem, aliae sunt & dicuntur, quæ per se & notabiliter influunt in ipsam: uti est vehemens, & diuturna cogitatio de foeminæ concubitu in juvene calido &c. & similes &c. aliae per accidens, & latenter tantum influentes, ex quibus scilicet, non semper, nec frequenter sequitur pollutio. ut cibus, potus etiam superfluus: hic enim per se quidem influit in nutritionem, & consequenter etiam augmentum semenis, at satis per accidens & non frequenter in pollutionem. Rursum actiones illæ causantes pollutionem vel sunt se licitæ & utiles, ut studere de tali materia, audiare confessiones talium peccatorum, & quire &c. vel sunt de se illicitæ, at non in genere luxuriæ, ut se inebriare, nimium potare, vorare; vel denique sunt de se illicitæ in ipso genere luxuriæ ut cogitationes, aspectus, tactus impudici &c. His notatis, sit.

RESOLUTIO, & *Regula Generalis.*

645 **P**ollutio indirecte tantum voluntaria, tam est peccatum, quantum peccatum est ipsa causa posita in genere luxuriæ mortalis, veniam, alias vel venialis tantum, vel omnino nullum. Ita contra diversas aliorum opiniones satis intricatas, latissimè & optimè meus San-

chez lib. 9. marrim. disp. 45. Less. 1. 4. c. 3. dub. 14. an. 100. Et ex his compendiosè Layman. cit. n. 12. Sequuntur RR. passim, & declarari potest alià regulà communiter allatà. Quoties quis dat operam actioni mortaliter malæ, & per se influenti in pollutionem, toties peccat mortaliter; cùm enim is, qui deliberat vult cansam, velit etiam effectum necessariò, vel quasi necessariò ab illa actione provenientem, meritò ei talis pollutio imputatur ad culpam mortalem. Quoties verò quis dat operam actioni leviter, & per accidens tantùm influenti pollutionem eriam prævisam, toties solum peccat venialiter, si sine necessitate & rationabili utilitate fiat; si enim causam leviter influentem ponas, cùm per accidens solum sequatur pollutio, illam tibi imputari ad culpam mortalem, æquum non est. Verissima sunt hæc. Atqui jam restat difficultas principalis, & maximè practica, & quænam sint illæ causæ vel actiones notabiliter; quænam verò leviter influentes? Sanè nulla certior ratio vel regula universalis dari poterit, quàm hæc ipsa à deo assignata, nimis rùm causas seu actiones notabiliter influentes in pollutionem, ideoq; mortaliter illicitas, esse illas, quæ ob id ipsum sunt peccata mortalia in genere luxuriæ, quòd vehementer influant in libidinem; alias verò esse leviter tantùm malas, & per accidens tantùm influentes, ideoque venialiter tantùm malas. Ex quo principio, ad casus particulares inumeros applicando pono 4. regulas particulares.

Ss 5

RE.

R E G U L A I.

646 **Q**uandò causa posita pollutionis prævidetur, seu actio ex qua prævidetur secura pollutionis, est peccatum mortale in genere luxurie, utpote per se turpe & ex natura sua ordinatur ad rem venereum, etiam pollutio in illa causa indirecte volita peccatum mortale erit. Ratione evidens ex dictis; quia perinde censetur factus procedat ex intentione operantis, sive in natura & necessitate operis voluntarie exercitata nam expliciti & impliciti eadem est vis, sive enim qui multum vini bibit, ex quo scit, sequitur ebrietatem, is implicitè & indirecte censetur velle ebrius fieri, licet explicitè & directè minimè intendat, immo positivè nollet inebriari. ita sane qui actus turpes exercet, ex quibus prævidet, vel advertit pollutionem naturaliter facturam, implicitè & indirectè convincitur velle pollutionem, quamvis eam in se directè & explicitè minimè velit, & intendat. Et hinc

647 Omnes impudicæ cogitationes, imaginaciones, desideria, turpiloquia, aspectus, tactus, amplexus, oscula, quæ sunt peccata mortalia in genere luxurie, utpote vel ex objecto per obsceno: vel ex intentione captandi delectationem libidinosam; vel ex periculo consentienti in illam: si ex illis prævidetur pollutio, quamvis non intendatur, sunt peccata mortalia, non solum in se, sed etiam ut causa pollutionis, adeo si tu calide adolescens deliberato & continuo

affectu cogitas, & concupisces, multò magis si morosè aspicis, turpiter alloqueris, tangis, amplexaris, oscularis &c ex qua cogitatione, & concupiscentia prævides, te casurum in pollutio- nem, mortaliter peccas dupliciter, scilicet & desideriō fornicationis, & peccato pollutionis sive mollitiei contrā naturam indirectè volito, cui causam dedisti, & ideo utrumque in confessione explicare debes, & minimè sufficeret dicere: *cogitavi & concupivi turpia*. Non item si ejusmodi turpes cogitationes, asperitus, tactus assumeres in ordine ad ipsam pollutionem procurandam directè volitam, tunc enim secuta pollutione coalescunt illa media adhibita cum actu principali in unum peccatum, ut sufficiat dicere: *semel me pollui: nisi forte illa media ali- undē adferrent malitiam specie diversam.*

REGULA II.

Quando causa posita, seu actio illa, ex qua ⁶⁴⁸ prævidetur iecitura pollutio, est tantum peccatum veniale in genere luxuriæ etiam pollutio secuta, sed non intenta; & secluso semper periculo consensu, tantum peccatum veniale erit. Ita Sanchez loc. cit. Suarez, Henr. Lef- fusi aliósque congerens Dian. part. I. tract. 7. resol. 55. plures adferens part. 2. tract. 15. resol. 31. Ratio est; quia cùm tunc pollutio non sit volita in se, sed tantum in sua causa, in qua prævideatur in tantum mala erit, in quantum mala est causa, in tantum etiam est mala causa, in quantum est

volun-

voluntaria: at non est voluntaria, nisi tantum
sua causa; ergo si causa est solum venialis
mala, in tantum erit etiam mala pollutio secundum
Et hinc.

Cogitationes, desideria, turpiloquia, cam-
lectio vana, vel curiosa turpium, tactus, oscula,
amplexus, &c. quae venialia tantum sunt in mo-
teria luxuriæ sive ex imperfectione aetatis, sive
ex parvitate materiæ, ex levitate, curiositate
joco tantum facta (juxta dicenda se est. seq.)
ex illis prævidetur pollutio, sunt tantum veniali-
lia, & in se, & ut causa pollutionis: semper in-
ligendo dummodo haec non intendatur, & ab in-
periculum consensu in illam; nam si tale per-
iculum adsit, vel prævideatur, peccatum est
mortale pollutionis in causa, non est dubium;
quia qui deliberatè amat periculum, peribit in
illo. Unde resolvit Diana part. 2. tratt. 15.
resol. 31. loqui verba amatoria v.g. meum in-
lum mea anima, &c. ob solam vanitatem,
vel conciliandum vanum amorem non libido-
sum, quia non excedunt culpam veniale, se-
cluso periculo proprio, vel alieno, idèo etiam si
prævideatur, sed citra periculum consensu non
intendatur pollutio, mortale non sieti. Et in his
terminis consentio, quæ tamen forte raro con-
current.

REGULA III.

649 **Q**uando causa posita, seu actio illa, ex qua
prævidetur secutura pollutio, non est per-
catum

catum in genere luxuriæ, quippe naturâ suâ non ordinata ad rem venereum, erit sit peccatum mortale in alio genere, ut est ebrietas voluntaria, nimio cibo potu se ingurgitare, ex mera gula vorare cibos calidos, si in iis prævideatur secutura pollutio, ratione pollutionis præviæ, sed minimè intentæ, non nisi peccatum veniale erunt. *Sanct. Sæpè cit. Navarr. Suarez, Vasq.* *Laym. sup. aliisque citt. Dian. part. 1. tratt. 7. resol. 65.* Ratio iterum sumitur ex dictis; quia quando res ex natura sua non ordinatur ad rem venereum, non nisi leviter potest influere, vel concurrere ad pollutionem: atqui pollutio solum volita in causa leviter influente non est culpa mortalis: communi DD. consensu; ergo licet tales actiones sint peccata mortalia in alio genere vitij v.g. contra temperantiam, sobrietatem, &c. at in genere luxuriæ ratione pollutionis præviæ, sicut & ipsa pollutio secuta non nisi peccatum veniale erit, quia nimis aliquam deformitatem vel deordinationem continet, pollutioni quomodolibet illicitam causam adferre: ideoque id non potest vacare culpâ saltem veniali contra castitatem. Insuper addit Dian. part. 2. tratt. 15. resol. 31. allegans *Cajetan.* id verum esse, quamvis gula esset mortalis ex circumstantia luxuriæ, nimis quia esset ordinata ad fornicationem obtinendam, vel promovendam, non ideo pollutionem secutam fore mortalem, quia finis ille nihil in eam influit. Et idem esse, quando peccatur mortaliter in cibo & potu

ex eo, quod quis se exponeret periculo conti-
tiendi in pollutionem secuturam: si tamen po-
stea non consentiret in illam, non esset peccatum
mortale. Hæc *Diana* citans *Granaten*.
alios.

R E G U L A IV.

650 **Q**uando causa posita, seu actio, ex qua pre-
videtur pollutio secutura, de se est honesta
& licita, & adest aliqua rationabilis causa
cessitatis, vel utilitatis, seu commoditatis di-
jus exercendi, vel continuandi talem actionem
etiam si prævideatur, secutura pollutio, dum-
modò non intendatur, & semper absit pen-
sum consensus in illam, nullum omnino est
peccatum. *Omnes* apud cit. v. g. studere de re-
bus venereis, confessiones præfertim femine-
rum excipere, conversari familiariter cum for-
minis in re honesta, vel utili, foeminas amplie-
sti, vel osculari juxta morem patriæ, ne morba-
nus videaris, choreas honestas ducere, equitare
seu negotij, seu recreationis rationabilis cause
certo & commodo situ in lecto cubare, sumere
temperatè cibos vel potus calidos sibi salutares
mederi in partibus verendis, servire in balneis
(imò etiam fricare membra pudenda ad seda-
dum molestem pruritum, eadem membra
mundare a toribus, &c. ut ex utroque *Sancto*
& *Bonacinna* adfert *Tambur.* mox citand.)
his similia sexcenta. cum semper adsit rationab-
lis causa necessitatis, vel utilitatis ejusmodi ex-
651

cendi, etiamsi prævideas, vel advertas exinde commoveri carnem, atque per accidens secuturam pollutionem, non ideo teneris abstinere ab ejusmodi exercendo, excludendo semper constanter omnem deliberatum consensum turpem, ejusque periculum. Communis DD. Sanchez lib. 9. disp. 45. Lyam. sup. cit. Dian. part. 6. tract. 6. resol. 37. Tamb. lib. 7. c. 7. §. 5. n. 52. Ratio sumitur ex generali regula. Si jus habeas aliquid agendi, ex quo per accidens secuturus existimetur effectus, quem per se intendere non licet, non ideo cogeris abstinere ab actione, quotiescunq; ex ea etiam utilitas speratur major, quam sit incommodum eventus secuturi permissi: atqui homo quivis jus habet ad ejusmodi actiones honestas & licitas, & sæpè etiam obligationem, exque actiones utilitatem adferre possunt: pollutio autem inde secuta exiguum, vel nullum omnino incommodum adferre poterit tam tibi, quam speciei, hoc ipso, quod ex causa licita, adeoque per se non nisi leviter influente tam facile proveniat; ergo ob eam non teneberis talem actionem intermittere: nec pollutio inde secuta potest tibi imputari in peccatum; quia ei, qui suo jure utitur, non imputatur id in peccatum, quod per accidens sequitur, cum id potius patiatur, quam agat. Cum ergo valde tenuis sit obligatio vitandi pollutionem in causis per se, & proximè ad ipsam non ordinatis, nec consequenter non notabiliter in illam influentibus, ut fuisse ostendit Sanchez l. c. Ideo recte

recte notat *Dian.* cit. non debere esse causam necessariam ad excusandas ejusmodi pollutiones etiam a veniali, cum enim sint innumeræ causæ alioquin licitæ, ex quibus possint, vel leant ptovenire pollutiones, si requireretur causa urgens vel necessaria ad excusandum, daret locus perpetuis scrupulis, & nimis anxiis bus, quod gravissimum foret. Causæ excusandæ censendæ sunt omnes illæ, quæ bona fide apparent vel necessariae, vel utiles, vel convenientes immo & commodæ animæ vel corpori, adeo ut etiam satis sit meum merum commodum in exercenda tali actione ad omnem etiam venialam culpam tollendam, prout docent *Sanchez* & *Dian.* c. 1. Et haec valde notanda sunt ad immenses casus resolvendos, & scrupulos tollendos, præter indicatos satis multos. Plures honestatis & honestatis gratia omissos facile videbuntur apud *Sanchez* sæpè cit. l. 9. per totum, & *Dian.* part. 1. tract. 15. à resol. 3. part. 2. tract. 16. resol. 54. part. 3. tract. 5. à resol. 21. & alibi. Dicta omnia de ipsa pollutione indirec tantum intenta in sua causa, & causis excusantibus, pariformiter a fortiori intelligenda sunt de pollutione imperfecta, vel inchoata tantum, si distillatione, & commotione libidinosa spiritu um generationi servientium, de quibus tamen dicam aliquid seorsim infra sub fine.

* *

Quid de pollutione involuntaria, & in
somnis facta.

Pollutio involuntaria simpliciter dicitur, 658
quæ sit præter omnem directam vel indire-
ctam voluntatem, adeoque nec in se, nec in ali-
qua sua causa est volita, sed sequitur ex aliis cau-
sis, vel intrinsecis, ut superfluitate, vel debili-
tate naturæ, ex complexione particulari, vel
morbo; ut in illis qui patiuntur fluxum seminis,
& qui facillimè ex quacunque levi causa, vel oc-
casione seminis effusionem, distillationem, vel
carnis commotionem patiuntur: Item ex primis
motibus, ex somniis anteà voluntariè non causa-
tis, vel etiam ex causis extrinsecis, ut tentatione
dæmonis, violentiâ hominis, &c. Et hæc ex
se sine dubio non potest esse peccatum, cùm
nihil sit peccatum, nisi voluntarium. Quod si
post factam ita involuntariè pollutionem poste-
accedat complacentia voluntaria ob corpoream
voluptatem habitam, hæc de se novum pecca-
tum mortale erit: secùs si complacentia vel gau-
dium sit ob alium bonum finem, ut mox infra
notabo.

Pollutio similiter in somnis facta quatenus 659
statu facta est, sine dubio peccatum non est: sed
solum quatenus aliquo modo fuisset, vel fieret
voluntaria in vigilia: adeoque dupliciter fieri po-
test peccatum, antecedenter, & consequenter:
idque directè, vel indirectè tantum. Declaro
breviter ex dictis.

I. *Pollutio in somnis antecedenter ditta voluntaria, intenta, vel procurata*

653 **E**ST sine dubio peccatum mortale: id est pliciter. 1. Cum quis efficaciter desiderat pollutio in somnis eveniat ob delitacionem carnalem tantum. 2. Multo magis quando quis vigilans efficaciter proceret, ut pollutio in somnis eveniat, ut potest studiis variis & vehementibus imaginationibus inducendo, vel certa media adhibendo, aut ex situ accubando in lecto, ut inde sequatur pollutio; nam licet affectu simpli possit pollutio considerari ob bonum finem sanitatis v. g. vel regenerationis sedandae, certe tamen non potest efficaciter intendi, & procurari; sicut etiam potest desiderari mors improbi a privato ob bona finem, non tamen procurari. 3. Etiam ad finem polluendi in somnis solum non amovendo causam pollutionis praevise, si ea causa non notabiliter influens in illam. In his omnes consentiunt; quia licet pollutio in somnis evenient non possit esse peccatum pro tunc, tamen reputatur in peccatum, quatenus antecedenter in negligilia ita voluntariè intenta, vel procurata est causa excusans in somnis evenientem polluendum a peccato, scilicet carentia rationis, & libertatis, non reperitur etiam in vigilante ita tendente & procurante illam, juxta regulam alibi traditam.

II. *Pollutio in somnis antecedenter indirec-
tè tantum voluntaria in causa posita*
(Remissivè.)

Tantum est peccatum, quantum peccatum est⁶⁵⁴
ipsa causa posita in vigilia in genere luxuriæ
juxta omnia dicta §. præcedenti : huc de verbo
ad verbum applicanda. Est enim eadem, immo
aliquantulum minor ratio de pollutione indirec-
tè voluntaria in somno primùm eveniente,
quam de ea adhuc in vigilia eveniente : hic enim
adesse solet periculum consensus, in somnis au-
tem nullum potest adesse tale periculum. Quan-
dò ergò causa posita in vigilia, seu actio illa, ex
qua prævidetur pollutio secura in somnis, mi-
nimè autem intenditur, est peccatum mortale
in genere luxuriæ, quippè notabiliter & effica-
citer influens in libidinem, ut qui diuturnè ve-
hementes cogitationes, & imaginationes rerum
venerearum habet, & indè prævidet se pollu-
endum in somnis, etsi non intendat, nec con-
sentiat, alias eo ipso esset directè voluntaria pol-
lutio, non quidem postea in somno, sed tunc vi-
gilans tu turpis imaginator peccas mortaliter
dupliciter in actuali impudicitia cordis, & mol-
litie indirectè voluntaria. Si verò actio sive situs
tantum sit venialis in genere luxuriæ, aut etiam
mortalis in alio genere peccati v. g. ebrietatis,
ratione pollutionis prævisæ, & non intentæ, so-
lum peccabis venialiter. Si autem illa actio de se
sit licita & honesta, & adsit rationabilis causa

illam actionem exercendi v. g. studi de eius
modi materiis, certo commodo situ jacenti
lecto &c. nullum peccatum erit. Insuper de
notabiliter & efficaciter influens in libi-
nem: notat enim Sanchez lib. 9. De matri-
disp. 45. n. 20. & Joan. Sanch. apud Dianam
part. 2. tract. 16. resol. ult. non quodlibet pe-
ccatum mortale in genere luxuriæ esse causa
sufficienter influentem in pollutionem in loco
nis evenientem. v. g. deliberata quidem, sed bre-
vissima cogitatio de copula habenda, levitasque
fœminæ cum deliberata affectione libidinosa
münd est peccatum mortale in genere luxuriæ
at quis dicat esse causam notabiliter, vel efficac-
ter influentem in pollutionem in somno secun-
dam; imd nec in vigilia, cum oppositum in plu-
rimis experientiis constet: si ergo talis cogita-
tio, locutio, vel tactus turpis adhuc prætensio
vigilia non influit in pollutionem, nec appeti-
tum efficaciter movet ad illam habendam, quo-
modò credi potest esse influxuram longe potius
in somnis, quandò absens est, & diu præteri-
tum. Qui ergò ex tali actione prævideret pollutionem
non tamen intenderet eam, non censeret
dare causam pollutioni, & consequenter rati-
one pollutionis secutæ non peccaret mortaliter,
nec eam confiteri teneretur, sed solum actionem
illam.

*III. Pollutio in somnis facta, postea volun-
taria, vel complacita: remissive*

655 **S**i post pollutionem in somno factam evi-

lans de ea deliberatè sibi complacet, gaudeat, & delectetur ob delectationem sensualem, & libidinosam perceptam, omnium consensu peccat mortaliter: quia objectum illud vigilanti mortaliter est illicitum: secus dicendum, si de ea gauderet, vel placeret ob aliquem bonum finem v. g. temptationem sedatam, naturam exoneratam, morbum mitigatum; sic enim nullum esset peccatum, cum gaudium illud vel complacentia jam sit de objecto honesto & licto, & non de ipsa pollutione, juxta communem DD. cum Sanchez, aliisque citatis. De quo etiam alibi.

IV. Pollutio in somnis incepta, sed in vigilia completa.

Quandò motus venereus ac ipsa decisio se-⁶⁵⁶ minis accidit in somno, sed ipsa emissio, seu effluxio fit postea in vigilia (& multò magis si ipsa emissio semenis jam incepit in somnis, & partim adhuc fit in vigilia) secluso consensu in illam, nullum fit peccatum, sed licetē te negati-
vē habendo permettere potes, nec reprimere te-
neris, certè regulariter vix poteris. Ita contra Tot-
etum, docet communis DD. Gerson, aliisque
plurimis citt. Sanchez lib. 9. matrim. disp. 17. n.
16. Dian. part. 3. tract. 5. resol. 28. Sa V. Luxu-
ria n. 10. sic habet: *cœptam in somnis pollu-
tionem non tenetur evigilans cōhibere, vel
comprimere; sufficit non placere de ea.* Ratio
duplex est; & quia tunc plerumque non adest de-
liberatio sufficiens, & requisita ad peccatum: &

662 Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.
maximè, quia difficile, & plerumque impossibile est cohibere, ut mox dicam.

557 Quin universaliter pollutionem involuntariam cœptam ex quacunque causa sive in somno, in vigilia licet posse permettere, nullo impedimento di conatu adhibito, meritò concedit. Sanctorum & approbat, Tambur. l. 7. Decalog. 7. 1-2. n. 17. Ratio universalis; quia (ut supponitur) pollutio incœpit involuntariè, contumaciam autem effusionis semenis est solum effectus naturalis causæ præcedentis, quæ impediri amplius vix potest, & consequenter nec teneris, enim conatus ille reprimendi nihil operabitur, vel retento contra naturæ impetum extra sordem semine corpus supra modum gravatum & periculo infirmitatum exponetur. Demum pollutio magis secundum principium, quod secundum finem judicanda est. Cavendum men per maximè, ne taliter evigilans, relata involuntarie ortam pollutionem sentiens, non tantum permittat, vel non reprimat (quod idem conceditur), sed etiam positivo aliquo compleat, etiam solum quoad alias reliquias fuisse protrudendas, eo ferè modo, quo minus protrudentes, cessante fluxu, aliquot guttas protrudentes, quod utique non liceret citrè grave possum, si omnino deliberate fieret: nam in eos suum imperfectum voluntarium, & inde delationem intervenire experientia patet, ut observat Tambur. cit. n. 19.

§. VII.

§. VIII.

Distillatio, & commotio libidinosa.

Sermo haec tenus fuit de pollutione completa,⁶⁵⁸ quæ est effusio semenis totalis per se apti ad generationem, magnâque semper delectatione emitti solet.

I. Distillatio est effusio modica partialis semenis, vel potius humoris similis minùs mordacis, magisque aquosí, quâm sit semen, minori quantitate, & ferè stillarum instar, minorique voluptate effluentis; imò aliquando nullius voluptatis. Undè claritatis causâ, unam libidi nosam alteram non libidinosam distillationem vocare possumus. Commotio libidinosa est alteratio, tumor, & erectio membrigenitalis per motionem spirituum generationi servientium, in qua motione voluntariè acceptata consistit delectatio morosa venerea, estque præparatio, & inchoatio quædam ad pollutionem, vel saltem distillationem, undè & passim pollutio inchoata dicitur: circa quæ pono breves resolutiunculas.

II. Sicut deliberatè velle, & procurare ipsam⁶⁵⁹ pollutionem, & de ea complacere mortale est, ita etiam deliberatè velle, ac procurare istam distillationem libidinosam, ac commotionem libidinosam spirituum genitalium, & de eâ complacere, mortale est. Communissima DD. cum Sanchez lib. 9. disput. 17. n. 17. quoad distillationem. Et disp. 45. n. 18. etiam quoad com-

64 Theol. Sacra ment. Pars IV. Cap. III.
motionem. Ratio manifesta est; quia tunc pro-
curatur & complacetur de voluptate libidinosa
ac venerea illi distillationi, ac commotione
cessariò conjunctâ, quod semper mortale est,
tiam exclusâ parvitate materiae à mortali exco-
sante, ut infrâ patebit. Deinde illa commo-
libidinosa est inchoata quædam pollutio, & au-
pollutionem essentialiter ordinatur; magis in-
choata pollutio est ipsa distillatio: ergo ratione
ratione utraque volita directe, mortaliter per-
caminosa. Porro sicut ipsa pollutio induc-
tantum voluntaria in causa posita tantum pe-
catum est, quantum est ipsa causa posita in gen-
re luxuriæ, ita eadem ratione discurrendum
distillatione & commotione libidinosa, jux-
Regulas S. præced. positas, uti ibidem in
annotatum est; semper enim obligamur amore
re causas per se & notabiliter influentes ad vol-
uptates illicitas; non autem semper tenemur re-
movere causas per accidens, vel leviter tantum
ad eas voluptates influentes, sed ob justam cau-
sam necessitatis, vel utilitatis ejusmodi actiones
exercendo, sicut pollutionem, ita etiam multi
magis solam distillationem, libidinosa possumus
commotionem carnalem permettere possumus
juxta ibidem dicta.

65 III. Distillatio non libidinosa, quæ scilicet
contingit sine ulla delectatione, vel volup-
sensuali venerea (quamvis adsit levis erectio ge-
nitalium) non est peccatum. Ita Cajetan. alio-
que congestis Sanchez lib. 9. d. 45. n. 2. Layn.

lib. 3. Sect. 4. n. 18. Reginald. lib. 32. c. 3. n.
41. Tambur. lib. 7. Sect. 3. n. 53. Ratio est;
quia si talis distillatio esset peccatum contrà ca-
stitatem, ideò esset, vel quia esset delectatio ve-
nerea, vel quia esset proximum periculum ad de-
lectationem venereum, vel saltem quia disper-
gitur ille humor: *Non primum*; quia nos loqui-
mur de eo distillationis modo, in quo nulla adsit
delectatio sensualis. *Non secundum*; quia si illius
humoris effusio nullam adfert delectationem
sensualē, non est ratio, cur ipsa sola spectata
adferat periculum proximum in illicitam volu-
ptatem venereum consentiendi. *Neg, tertium*;
quia ille humor exstillance sine voluptate, non est
semen, nec ejus effusio generationi nocet, sicut
effusio semenis; sed ut optimè docet Gerson
part. 2. operam. *Tractatu. De pollut. notab.*
1. est humor medius inter semen, & urinam, in-
eptus ad generationem, ac habet diversum mo-
tum ac meatum distinctum ab eo, quem habet
semen: immiscet se talis humor medius ali-
quando cum urinatione, aliquando per se de-
fluit sine cogitatione & sensu. Hæc & plura
lectu digna ibidem *Gerson*. Undè *Cajetan*. apud
Sanchez, aliiq; non imeritò pronuntiant de tali
distillatione, esse perindè ac de sputo vel sudore
laborandum, nisi ipsa carnis rebellio comitaretur:
Et non obscure favet S. Thom. *Opusc. 64. De*
fluxu libidinis, sic dicens: *Sciendum, quòd il-*
li s humoris effusio non est pollutio, quia (ut
dicunt Medici) sine libidinosa delectatione &

666 Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.
carnis motione nullus potest pollui vigil
Hæc S. Doctor. Si ergo ea distillatio non est
Iustio, nec oblationem saltem veneream ad
rens, undenam oriatur peccati reatus?

661 IV. Hactenùs dicta traduntur ad intellige
dam rei veritatem. In praxi autem omnes Do
ctores monent confessarium, ut cautus in pene
aminando circa materias venereas, ne se vel po
nitentem scandalizet; audi unum aut alterum
Filliuc. in Institutione brevi pro confessario
ait. *Prudens esse debet confessarius in ex
rendis caute circumstantiis* 6. precepit pa
paratoris ad actum consumatum, *min
utis non necessariis*, ne se vel pene
rem excitet ad aliquam tentationem, *se
delationem*. Coninek disp. 17. De Sacra
n. 56. *Præstat aliquando Sacerdotem* min
perfectè peccatum pœnitentis intelligere
quam vel illi, vel sibi aliquod scandalum
creare, & esse nimium. Angelus V. Interroga
tio n. 1. *Confitetur mulier, quod si cognoscit
extra vas debitum: in quo loco vel quomodo
& hujusmodi, sicut faciunt quidam, qu
potius sunt contaminatores, quam confessio
Vide etiam Lugo disp. 16. De Penitent. [67]
14. num. 595. Quare confessarius percipiat
speciem aliquam certam, & numerum peccati
luxuriæ, maximè contra naturam, regulariter
ab ulteriori interrogatione abstinere debet tan
quoad ligatos, quam quoad solutos. Et specia
in proposito quoad mollitiem, si pœnitens fater
tur git*

etur se voluntariè polluisse, præter objectum cogitatum vix aliquid interrogandum erit.

SECTIO VI. & ultima.

De Impudicitia interna, & externa.

Seu

Cordis, oris & aspectus, ac tactus.

SUMMARIA.

- 662. Quid & quale peccatum impudicitia cordis? scil.
- 664. I. Cogitationes impure?
- 665. II. Delectatio morosa?
- 666. III. Consensus impudicus?
- 667. Quid, quando, & quale peccatum impudicitia oris, senturpia loqui, cantare, legere &c. vel 669. audire?
- 670. Aspectus turpium potest esse mortaliter illicitus. I. ex objecto.
- 671. II. Ex intentione aspicientis, &
- 672. III. Ex periculo præviso.
- 674. Sicut tactus, oscula, amplexus possunt esse mortale, tripliciter,
- 675. I. Ex ipso objecto.
- 676. II. Ex intentione, &
- 677. III. Ex periculo animadverso.
- 680. An quando, & quale peccatum, tactus, oscula, amplexus, I. honestatis?
- 681. II. Necessitatis?
- 682. III. Curiositatis, vel levitatis?
- 683. IV. Voluptatis vel delectationis gratia? ubi quid delectatio hererea: sensibilis?
- 685. Delectatio venerea voluntariè habita semper est peccatum mortale.
- 686. Sensibilis tantum per se solum veniale.
- 687. Per accidens tamen sapissime mortale.